



Disputatio juridica inauguralis de fidejussoribus

<https://hdl.handle.net/1874/343282>

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
FIDEJUSSORIBUS,

QUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JOANNIS GEORGII GRAEVII

Politices, Eloquentiæ, & Historiarum Professo-
ris Ordinarii,
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimaque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in **UTROQUE JURE** Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,
Eruditorum examini subijcit.

PETRUS BRAND, HAGA-BAT.

Ad diem 1. Decemb. hora locoque solito.



TRAJECTI ad RHENUM,

**Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clō Ioc ꝛc.**

Viris Amplissimis, Gravissimis, Consultissimis.

D. HILLEBRANDO BRAND,
Directori actorum ad fœdera & com-
mercia, literarum Reipub. Hollandiæ
cum exteris Principibus spectantium,
patruo suo.

D. MATHÆO GOOL, Jcto.
Senatus Hollandiæ Senatori gravissimo,
cognato suo.

D. EVALDO BRAND, Jcto.
Civitatis Haganæ exconsuli ac scabino,
feudorum Gloriosissimi Britannorum

R E G I S

G U I L I E L M I III.

ut Domino in Naeltvico, Polane &c. Vi-
cario ac Graphiario, fratri suo.

Hasce studii juridici

primitias sacras facit.

P E T R U S B R A N D, Auth.

FIDEJUSSORIBUS.



Idejussorum mater iam satis quotidiana & in hominum commerciis necessariam, quam nec a Salomone, modo absit temeritas, improbatam putamus, tractaturi, ab ipsa definitione initium faciemus, singula ejus verba explicaturi, definitio hæc esto. *Fidejussor est qui pro alio, ex quavis causa obligato, citra novationem, per stipulationem creditori se obligat, ut ei magis sit cautum.*

§. I. Dicitur *Fidejussor* ita dictus quod sua id est fide periculo suo esse jubet, id est velit, cupit. Notandum autem fidejussoris nomen latiori significatu comprehendere omnem eum, qui alterius obligationem in se suscipit, sive sit *mandator*, sive *expromissor*, sive *constituta pecunia reus*. Strictiori vero vocabulo fidejussores vocari *ad promissores*, (a) quia scilicet ad id, quod alius debet, accedentes idem promittunt. Dicti & apud Veteres sunt *sponsores*, quorum *Vinnius* ad §. 1. *Inst. h. t.* alios dicit fuisse vocatos *prædes*, qui secundum *Asconium Pedianum* fuerunt satisfactores locupletes pro re, de qua apud *Judicem* lis est; alios *Vades*, qui pro alio vadimonium promittebant id est reum iudicio stitutum in se recipiebant. Ex evictionis denique causa obligatus quem quis fidejussorem dat *secundum auctorem* vocari (b) auctor est *Ulpianus*.

§. II. Dicitur *qui pro alio*, nam pro se quis fidejubere non potest, (c) sed fidejussor semper pro alio intercedit, (d) in quo ergo differt, tum a *constituta pecunia reo*, qui non

(a) l. 5. §. 2. ff. de VO. l. 64. §. 4. folut. matr. l. 43. de solut.

(b) l. 4. ff. de evict.

(c) l. 21. §.

2. ff. h. t.

(d) pr. §. 1.

Inst. cod.

tantum quod alius sed & quod ipse debet constituere potest; (e) tum a *mandatore*, qui suo nomine obligatur. (f)

§. III. Adjungitur *ex quavis causa obligato* objectum fidejussionis est obligatio (g), cui non obstat quod Imperator Justinianus in §. 3. *inst.* item Ulpianus in l. 6. §. *ult. ff. h. t.* dicant fidejussoris obligationem posse præcedere & sequi, quasi hæc sine principali posset consistere, nam ut habet l. 35. *ff. de judic.* fidejussoris obligatio eo casu interim in pendentia est, & tum demum vires capit, cum & principalis obligatio constituta est. (h) Unde sequitur quod ubi nulla, vel

non cum effectu aliquo subest principalis obligatio, nec fidejussoriam ei accedere posse. (i) Ergo non obligationi temporis præscriptione extinctæ (k), non etiam obligationi prodigi, (l) furiosi, (m) aut alii obligationis naturalis generi, cui jus civile effectum denegat: uti nec cum effectu obligationi mere civili, veluti ex contractu dolo, vi, metuve innito. Cæteris autem obligationibus siue eæ sint principales, siue accessorix, (n) naturales, an civiles, (o) ex contractu quasi, vel vero, eoque re, verbis, literis, aut

consensu celebrato (p) descendant, an ex delicto provenientes (q) fidejussor recte accedit; hac tamen respectu obligationis ex delicto descendens habita ratione, ut ea teneat, seu ex ea agatur civiliter, aut ad pœnam pecuniariam, (r) nam si criminaliter, & ad coercionem corporalem agatur, & de judicatum solvendo quærat, frustra quis fidejussorem se præstabit, tum quod nemo sit dominus membrorum suorum (s), tum quod pœnæ debeant tenere suos auctores (t.) Quin tamen & in causa criminali certas ob circumstantias, puta quod persona accusati honesta sit, crimen non adeo atrox, & reus necdum convictus, aut satis evidentibus indiciis gravatus sit, ne ex carcere causam dicere cogatur, de sistendo reo fidejussor (non qui reo deficiente pœnam delicti sustineat, sed qui certam summam inferat) accipi possit, nullus dubito (v) Quod autem pro

obli-

(e) §. 9. *Inst. de act.*

(f) l. 28. *ff.*

(g) l. 37. h. t. §. 1. *inst. eod.*

(h) l. 57. *ff. eod.*

(i) l. 6. in *fin.* l. 16. l. 16. l. 29. h. t. l. 43. de *sol. lut.* l. 178. R. J.

(k) l. 37. h. t. (l) l. 6. *ff. de V. O.*

(m) l. 70. §. 4. *ff. de fidej. jus.*

(n) l. 8. §. *ult.* l. 27. §. 4. *ff. eod.*

(o) §. 1. *Inst.* l. 16. §. 3. *ff.* l. 6. §. 2. *ff. eod.*

(p) l. 8. §. 1. *ff.* §. 1. *Inst. eod.*

(q) d. l. 8. §. 5. l. 56. §. *ult.* l. 70. §. *ult.* *eod.*

(r) d. l. 70. §. *ult.*

(s) l. 13. *ff. ad leg. aqu.*

(t) l. 22. de *pen.*

(v) l. 1. 2. 3. *ff. de cust. & exhib. reor.*

l. 6. §. 3. l. 12. C. de *ap. peit.*

obligatione quantumvis efficaci, qua maritus soluto matrimonio dotem restituere tenetur Imperatores *Gratianus, Valentinianus & Theodosianus* (w) nec non Imperator noster *Zu-* (w) l. 1. c. ne fidej. vel mand. dot. (x) l. 2. c. eod. (y) l. 17. §. ult. de test. tut. (z) l. 8. §. 8. ad SC. vell. Lult. ad SC. maced. (a) l. 7. §. 8. ff. dol. med. (b) l. 5. §. 2. ff. VO. (c) §. 5. inst. h. t. l. 34. ff. eod. (d) l. 42. ff. eod. l. 1. §. 8. ff. de O. & A. (e) l. 68. §. 1. l. 3. ff. eod. (f) l. 10. C. eod. (g) l. 54. ff. locat. l. 5. C. de pact. in- ter. empt. & vend. (h) §. 5. Inst. l. 8. §. 7. & 8. ff. hr. (i) l. 8. §. 7. 9. 10. & l. 16. §. 1. & 2. ff. eod. (k) l. 3. ff. de off. pror. l. 26. §. 3. ff. de cond. ind. l. 48. §. 1. ff. delegat. r. l. 3. §. 2. in fin. de ad- min. tut. l. 4. §. 3. ff. rem. pup. salv. (l) l. 49. §. 2. in fin. ff. h. t. (m) §. 5. Inst. eod.

obligatione quantumvis efficaci, qua maritus soluto matrimonio dotem restituere tenetur Imperatores *Gratianus, Valentinianus & Theodosianus* (w) nec non Imperator noster *Zu-* (w) l. 1. c. ne fidej. vel mand. dot. (x) l. 2. c. eod. (y) l. 17. §. ult. de test. tut. (z) l. 8. §. 8. ad SC. vell. Lult. ad SC. maced. (a) l. 7. §. 8. ff. dol. med. (b) l. 5. §. 2. ff. VO. (c) §. 5. inst. h. t. l. 34. ff. eod. (d) l. 42. ff. eod. l. 1. §. 8. ff. de O. & A. (e) l. 68. §. 1. l. 3. ff. eod. (f) l. 10. C. eod. (g) l. 54. ff. locat. l. 5. C. de pact. in- ter. empt. & vend. (h) §. 5. Inst. l. 8. §. 7. & 8. ff. hr. (i) l. 8. §. 7. 9. 10. & l. 16. §. 1. & 2. ff. eod. (k) l. 3. ff. de off. pror. l. 26. §. 3. ff. de cond. ind. l. 48. §. 1. ff. delegat. r. l. 3. §. 2. in fin. de ad- min. tut. l. 4. §. 3. ff. rem. pup. salv. (l) l. 49. §. 2. in fin. ff. h. t. (m) §. 5. Inst. eod.

quod fidejussoris exactio speciem contumeliæ habeat (y) in proposito hanc habet rationem, ne mulier quæ non dubitavit se ipsam credere marito, in connubio diffidentiae causam præbeat, fidem alienam amicitiae fideique communi præponendo, nec tantum exigere sed ne quidem ab ultro offerente marito fidejussorem accipere licere statuimus tum per rubricam & dictam l. 1. & 2. C. ne fidejuss. vel mand. dot. tum quod eadem facilitate qua inducitur vir ad dandum induceretur ad dicendum se ultro obtulisse.

§. IV. Adjicitur *citra novationem*, ad differentiam *expromissoris*, qui liberato principali reo novando debitum in se transfert (z) unde & interdum simpliciter *reus* (a) vocatur fidejussor autem *adpromissor* (b) quia ad id quod alius debet accedit (c) idem (d) promittendo quod tempore interponendæ fidejussionis in principali obligatione erat, nam quod ex delicto, vel mora rei principalis postea accedit, (e) nisi aliter sit conventum (f) aut in omnem causam fidejusserit, (g) ad fidejussorem non pertinet. Fidejussoris ergo obligatio, cum tantum accessio sit, & in accessorio non possit esse plus quam in re principali, sequitur fidejussorem in levio-riorem quidem conditionem & causam, in durio-riorem autem accipinon posse (h) id est ita accipi ut vel re, tempore, loco, aut causa, plus debeat (i) quam reus principalis. In quaestione autem qua quaeritur num fidejussor in majorem summam acceptus prorsus non, an saltem in concurrentem obligetur, negantium sententiam de jure veriorem existimamus, tum quod *Ulpianus* in d. l. 8. §. 7. dicat, in durio-riorem causam adhibitos *omnino non* id est nulla ex parte (k) obligari, tum quod intelligatur contra formam juris acceptus (l) fidejussorique qui pro reo sub conditione obligato pure se adstringit, comparatur, (m) quem plane non teneri dicitur l. 8.

§. 7. *h. t.* Licet autem in duriores causam accipi non possit quin tamen efficacius obligari fortiorque vinculo quam principalis adstringi queat extra dubium ponunt *l. 6. §. 2. l. 7. l. 16. §. 2. ff. h. t.*

§. V. Dicitur *per stipulationem*, contractum a jure civili inventum, (*n*) & in hoc negotio non tantum utilem, sed & necessarium, nam cum Romani ex nuda conventionem neminem obligari voluerint, ne quaecumque promissum & sermo inconsultus magis quam ex voluntate proficiscens necessitate juris promittentem illigaret, non mirum, si quod negotium multis oneribus est obnoxium, & ut plurimum promittentibus damnosum existens, sine stipulatione, quae de integro & satis deliberato consensu constaret, subsistere noluerunt. (*o*) Et sic iterum differt fidejussor a constituta pecunie reis, qui nudo pacto (*p*) a mandatore qui contractu consensuali (*q*) obligantur, a quibus & in eo differt quod illi absentes possint mandare, & constituere, (*r*) hic non nisi praesens fidejubere, (*s*) cum verba non sint nisi praesentium, & hanc stipulationem intervenisse praesumi sciendum est, si scriptum sit ab aliquo, se fidejussisse, (*t*) quae praesumptio juris est, non juris & de jure ut loquuntur DD. cum admittat probationem in contrarium, (*v*)

§. VI. Dicitur *se*, non cum exclusione heredum, nam ex fidejussione non solus fidejussor tenetur, sed & heredem relinquit obligatum (*x*) idque in omnibus contractibus est receptum ut ex facto defuncti heredes adstringantur (*y*) etiam si in contractu nulla heredis sit facta mentio, nam in omnibus tum dandi tum faciendi obligationibus heredes tacite continentur. (*a*)

§. VII. Sequitur *obligat*, ad hoc autem ut quis fidejussorem se constituat, requiritur ut sit ejus conditionis ut se valide obligare possit. Unde a fidejussione ut minus idonei re-moventur *infantes*, (*b*) utpote quorum nullum est judicium, & a furiosis parum distant, (*c*) *pupilli*, sine tutoris au-

ctori-

(n) arg. l. 1. ff. locat. junct. pr. inst. de V. O.

(o) §. 3. ff. eod. l. 12. C. h. t.

(p) §. 8. j. de act.

(q) pr. inst. de oblig.

quae ex conf. (r) pr. & §. 1. inst. de

obl. quae ex conf. l. 14.

§. 3. l. 26. de const. pec.

(s) §. 12. inst. de inur. stip.

(t) §. fin. Inst. h. t. l. 30. de V. O.

(v) arg. §. 12. Inst. de mur. stip. l. 14. C. de commut. st. p.

(x) §. 2. Inst. h. t. l. 24. C. eod. l. 4. §. 1. ff. eod.

(y) l. 49. ff. de O. & act. l. 37. ff. de acq. & omit. hered. l.

(a) l. 13. C. de contr. & commut. stip.

(b) l. 1. d. dig. de V. O.

(c) §. 9. Inst. de mur. stip.

etoritate, *minores 25 annis* quia plerumque in integrum pos-
 sunt restitui (d) *prodigi* (e) *furiosi* (f) & quatenus per sti-
 pulationem fit fidejussio, *surdi*, *muti*, *absentes* (g) & regu-
 lariter *militēs* (h) quatenus armis non privatis negotiis oc-
 cupari, sed numeris signisque jugiter inhærentes Rempu-
 blicam a qua aluntur ab omni bellorum necessitate defende-
 re debeant. *Fæmina* in tantum earum intercessionem vetante
 & improbante SCto. Vellejano ut nec ejus, qui pro ea in-
 tercessit fidejussio valeat, (i) tota namque obligatione im-
 probata nihil superest secundus cui posset accedere fidejussor,
 idque ne infirmior imbecilliorque sexus ex intercessione sua
 pro aliis, ad quam est facillima, damnum aliquod sentiat,
 (l) quæ imbecillitatis ratio cum cesset in dolose versantibus
 (m) (deceptis enim non decipientibus SCtum succurrit) illaque
 illaque facilitas non æque in dando quam se obligando de-
 prehendatur (solent enim mulieres attentiores esse ad rem)
 (n) hinc si dolose, (o) vel donandi animo, (p) vel ita ut
 ut nullum ipsis obveniat damnum veluti si pecuniam *vel ip-
 sum* debitum acceperint (q) vel alias in utilitatem suam in-
 tercesserint, puta fidejubendo pro suo fidejussore, vel he-
 reditatem emendo, æsque alienum in se transcribendo, (r)
 SCti beneficio se defendere non possunt. Uti nec si biennio
 a prima intercessione elapso, pro eadem causa cavendo pi-
 gnus vel fidejussorem dederint, tum quod ex ejusmodi pro-
 ximitate temporis non pro aliena obligatione se illigare, sed
 pro sua causa aliquid agere videantur, tum, quod sibi im-
 putare debeant, quod sapius cogitare potuerant, non fe-
 cerint sed ultro firmaverint: (s) quare & si consulto & bene
 de suis beneficiis edoctæ in, vel extrajudicium, illis renun-
 tiaverint (t) (ut unicuique favori pro se introducto licet v)
 hoc beneficium cessare statuimus. Plures quibus cesset hoc
 beneficium modos sc. qui velit, adeat titulum ff. & C. ad SCtum
 Vellejanum plerosque, DD. hisce versiculis comprehendunt.

(d) pr. inf. de auct. tut.
 (e) l. 6. ff. V. O.
 (f) l. 1. §. 12. ff. O. & A.
 (g) l. 1. ff. de V. O.
 (h) l. 31. C. locat.
 (i) l. 16. §. 1. ff. ad SCtum vell.
 (l) l. 1. §. 1. ff. eod.
 (m) l. 2. §. 3. eod.
 (n) l. 4. §. 2. in fin. eod.
 (o) d. l. 2. §. 3. l. 30. eod.
 (p) l. 4. §. 1. eod.
 (q) l. 22. ff. l. 23. C. eod.
 (r) l. 13. ff. eod.
 (s) l. 22. C. eod.
 (t) arg. ult. §. 4. l. 31. ff. eod.
 (v) l. 29. C. de pact.

Pro libertate, ac pro dote, renuntiet, & si
 Decipiat, pretium capiat, caveatque secundo

Debenti

Debenti si succedat, si debita cepit

Si minor credens, si commoda propria gessit.

§. VIII. Dicitur *creditori*, nam ut fidejussio teneat requiritur ut fidejussor se obliget eidem creditori cui & principalis debitor obnoxius est (x) Requiritur ergo creditor, qui cum non sit in popularibus actionibus ante litem contestatam (y) hinc recte pro illis fidejussorem accipi non posse statuitur in l. 56. §. ult. ff. h. t. Et cum non sit creditor qui solutionis tantum gratia adjectus est utpote qui reum principalem obligatum non habet, nec is fidejussorem accipere potest. (z) In quo ergo a fidejussione differt constitutum, in quo ut creditor sit, cui constituitur necessario non requiritur. (a)

§. IX. Denique annectitur *ut magis cautum sit*, quod est finis fidejussiois (b) quem ut certius consequamur, non tantum necesse est in constituendum fidejussorem inquirere num idoneus sit, quod inde constabit si satis sit locuples contentuque facilis, (c) sed & expediens aliquando plures exigere, eosque in expeditiorem debiti consecutionem facere renuntiare non tantum beneficio *ordinis* seu *excussionis* quod

vocant, sed & *divisionis*, nam cum antea creditori liberum esset non tantum omisso principali reo fidejussorem prius convenire, (d) sed & ex pluribus fidejussoribus, quem vellet (singuli enim in solidum tenentur sive id nominatim convenit sive non e) in solidum convenire, *Justinianus Imperator* respectu prioris casus constituit, (f) ne fidejussor ante principalem debitorem (extra quam si absens sit, intraque tempus a iudice datum non sistatur, aut non solvendo existat (g) conveniatur; *Imperatorque Hadriannus* respectu secundi casus ne ab uno ex pluribus (nemine eorum se fidejussorem inficiante (h) omnibusque æque efficaciter obligatis (i,) nec non litis contestatæ tempore solvendo existentibus, (l) solidum, sed virilis portio exigatur (m) creditore contra faciente, exceptione (non enim ipso jure tutus est n) etiam post litem contestatam (o) removendo.

X. Non tantum hisce duobus beneficiis fidejussoribus prospectum voluere Imperatores prædicti, sed ne cui officium suum sit damnosum (p) & tertium ipsis tributum est quod (p) 1. 7. ff. vulgo vocatur *beneficium cedendarum actionum*, quo scilicet quemad. test. aper. fidejussor solvere paratus, aut condemnatus ab exigente creditore possit petere cedi sibi actiones, non tantum contra debitorem principalem, (q) sed & contra confidejussores (r;) quod enim si neglexerit simpliciterque solverit, h. t. l. 13. ff. cod. jam nec a creditore ut cedat amplius (nisi pactum de postea (r) l. 17. l. cedendis præcesserit s) petere potest, cum per solutionem 30. l. 39. ff. omni actione sublata, nullum quod possit cedere, jus rest. 41. §. 1. l. 11. C. eod. stet, nec etiam contra confidejussores agere (t,) cum sol. (t) l. 76. ff. lidum quod solvit ipso jure debuit, (v) interque eos nullum de solut. intercesserit negotium, mutuò quo se reddidere obligatos. (v) l. 3. C. h. t. Et non tantum tales ex cessione utiles habet actiones, sed & contra principalem debitorem habet directas, vel mand. (x) l. 20. §. 1. ff. mand. (x) si præcesserit mandatum id est si rogatus sit a reo ut fidejuberet aut cum reus præsens passus sit pro se fidejuberi vel mandari ab alio ut sibi credatur, nam qui præsens hoc patitur mandare intelligitur, (y) aut *negotiorum gestorum* si (y) l. 6. §. 2. l. 18. mand. pro absente quis fidejusserit. (z) Nec tantum sic post fa- l. 6. C. eod. ctam solutionem a debitore quod ei abest petere potest, sed 4. ff. h. t. & ante solutionem contra eum agere ad hoc ut ab onere fi- (z) l. 20. §. 1. mand. de jussionis liberetur non tantum quando hoc specialiter est conventum ut & ante solutionem hoc liceat, (a) & judicio (a) l. 10. C. mand. arg. accepto jam solvere condemnatus est, sed & si debitor diu l. 1. §. 6. ff. (quod tempus judici circumscribendum relinquimus) in depos. l. 38. solutione cessaverit, aut bona sua dilapidare coperit sicque §. 1. ff. mand. justam metuendi causam præbuerit (b) vel denique inimici- (b) d. l. 10. C. & 38. §. 1. tæ capitales inter reum & fidejussorem exortæ fuerint cum iniquum esset, ei, qui mihi est factus inimicus, humanitatis officium amplius præstare me cogi. (c) Et si autem non ita (c) arg. l. 23. ff. mand. contra creditorem contendere possit fidejussor, etiam si æque idoneum fidejussorem offerat, Pragmatici tamen recte ei actionem dant, qua dicat, reum principalem, vel confide- jussores,

jussores, nunc esse idoneos, petere se, ut creditor eos conveniat alioquin protestari se de periculo futuro si defierint esse solvendo per L. si contendat 28. ff. h. t.

§. XI. Non incongrue & hic ultimo loco inquirimus, quibus modis extinguatur fidejussoria obligatio, extingui autem eam iisdem modis, quibus & principalis obligatio ex eo quod accessoriam hanc esse supra probavimus, satis patet.

(d) pr. inf.
quibus mod.
roll. obl. l. 43.
de soluc.

(e) l. 4. C. h. t.
(f) l. 34. §. 8.
defolut.

(g) l. 7. C. de
pact l. 95. §.
2. ff. de soluc.

(h) d. l. 34.
§. 8. de soluc.

(i) l. 5. ff. h. t.
(l) l. 3. ff. de
separat. l. 93.
§. fin. defolut.

(m) l. 24. C.
h. t.

(n) l. 3. & 7.
C. de præs.
long. temp.

(o) l. fin. ff.
de pact.

(p) d. l. ult.
de pact.

Ut 1. per solutionem debiti principalis (d) 2. per novationem, (e) 3. per confusionem debitore creditori succedente, (f) vel contra: (g) cum pro eodem apud eundem quis debere non possit (h); item fidejussore debitori (i,) vel debitore fidejussori (l) herede existente, nam cum duæ obligationes altera principalis altera accessoria in eandem personam concurrunt, principalis manet, accessoria tollitur (m.) 4. per præscriptionem (n,) 5. per pactum de non petendo inter debitorem & creditorem innitum (o,) ne alias a fidejussore solvere coacto, mandati vel negotiorum gestorum actione conveniatur, quod ita verum est, ut quamvis debitor postea iterum paciscatur ut a se peti liceat, tamen prioris pacti utilitas invito fidejussori auferri nequeat. (p)





COROLLARIA.

I.

*P*ericulum & commodum rei vendita
nondum tradita pertinet ad emptorem.

II.

*F*ilius familias de peculio adventitio pleno
testari nequit.

III.

*M*andator vulneris tenetur de cade sub-
secuta.

Qui

TRAJECTI ad RHEMUM,

Ex Officina FRANCISCI HALLII, Academicæ
Typographi, cœlis etc.

I V.

*Qui credit ad refectionem navis non ha-
bet tacitam hypothecam.*

V.

*Contractus in testamento celebrari ne-
quit.*

FINIS.

